

SECTIO XXXV.

DE

SEXVVM DISCRIMINE
IN VNIVERSVM.

§. 499.

Quotquot haecenus enarrando absolui-
mus corporis humani functiones in uni-
versum quidem utriusque sexui communes
sunt: ita tamen ut modum quo nonnullae
earum peraguntur haud exigua in diverso
sexu intercedat differentia a), cuius po-
tiora momenta antequam ad functiones
sexua-

a) MELCH. SERIZ *de differentiis corporis virilis et mu-
liebris.* Argent. 1629. 4.

F. THIERRY E. *praeter genitalia sexus inter se
discrepant.* Paris. 1750. 4.

Dictionn. encycloped. (ed. Ebrodun. vol. XVIII.
art. Femme et vol. XIII. art. viril.

JAC. FIDEL. ACKERMANN *de discrimine sexuum
praeter genitalia.* Mogunt. 1788. 8.

AD. F. NOLTE *diff. systens momenta quaedam
circa sexus differentiam.* Gotting. eod. 8.

sexuales proprie sic dictas progredimur, paucis recensenda sunt.

§. 500.

Et in genere quidem cuius sexui proprius suus est et ab altero discrepans *habitus*: in homine nato plus minus luculenter obseruabilis: in foetibus vero tenerioribus primo saltem intuitu vix dignoscendus, utpote quibus neque ipsa genitalia externa si obiter saltim inspecta fuerint differre videntur, cum femineo embryoni clitoris pro portione vaegrandis *b)* et prominens, masculo vero scrotum adhuc vix vllum sit *c)*.

§. 501.

b) LANGGUTH embryo $3\frac{1}{2}$ mensium qua faciem externam Viteb. 1751. 4.

JAC. PARSONS in *philos. Transact.* Vol. XLVII. p. 143.

MORGAGNI de *sedib. et caus. morbor.* XLVIII. 10.

c) Id quod nuper adhuc confirmatum vidi gemellis mihi allatis abortiuis diuersi sexus 16 circ. hebdomadam, qui etsi ineffabili elegantia conspici et ad amissim pro sua aetate tenella perfectissime efformati sunt, genitalium tamen differentiam

B b 2

non

§. 501.

Sed et infantili aetate illud vniuersi habitus pro sexus varietate discrimen parum adhuc in sensus incurrit; sensim vero sensimque magis obseruabile fit adolescentiae annis, vbi vniuersi feminei corporis conformatio et teneritudo ac mollities, minorque statura ceteris paribus cum virili toroso et lacertoso corpore comparata eandem differentiam luculentissime demonstrat *d*).

§. 502.

Verum et relatio partium corporis feminei in maxime symmetricis a virili aliquantum

non nisi curatiores indagine obseruabilem praeseferunt; quod ad reliqua autem, vniuersam sc. figuram, physiognomiam, lumborum mensuram &c. &c. ut ouum ouo sibi simillimi sunt.

d) cf. celebres virilis femineique corporis binas figuras, procul dubio ab ipso TITIANO, pictore summo profectas, in VESALII *epitome suor. libror. de c. b. anatome*. Basil. 1542. fol.

tum ternas ab egregio artifice GER. LAIRESSA delineatas, ap. BIDLOO tab. I. II. III.

et GIRARDETI tabulas in *Cours complet d'anatomie gravé par M. A. E. GAUTIER et expliqué par M. JADELOT*. Nanc. 1773. fol. max.

quantum diuerſa. Abdominalis v. c. et lumbaris trunci pars iſti pro portione longior, brachia contra breuiora &c.

§. 503.

Similis vero iſti quae externum corporis habitum in vtroque ſexu intercedit diſcrepantia et in iſſis oſſibus obſeruatur, vtpote quae in feminis ceteris paribus longe laeuiora et rotundiora eſſe conſtat, cylindrica praefertim graciliora quam in viris, plana autem tenuiora; vt ſingularium oſſium diuerſitates taceam, thoracis praefertim et peluis, tum et clauicularum, femorum &c. e).

§. 504.

Quod molles vero corporis partes attingit, in vniuerſum feminis cellulosa laxior, magis obſequioſa, vt in grauiditate facilius dilatetur; cutis vero tenerior et a ſubſtrato adipe nitidius candida.

Bb 3

Capil-

e) Curatiſ, eas per ſingulas ſceleti partes enarraui
opere oſteologico pag. 81 ſq.

Capillamentum quidem plerumque longius; aliae autem corporis partes, quae in viris pilosae sunt, feminis aut plane glabrae, vt mentum et pectus; aut minus hirtae, vt perinaeum; aut ambitu magis circumscriptae, vt verenda; aut pube saltem tenella et mollissima tectae, vt brachia et crura.

§. 505.

Inter singularium autem functionum diversitatem memorandus venit pulsus, feminis (ceteris paribus) frequentior (§. 116.), maior quoque sanguinis ad infimum ventrem dimanantis portio; pulmones contra minores, et thorax angustior, idemque superiore praesertim parte, mobilior. Item os hyoideum longe minus, et larynx arctior, hincque vox minus grauis.

§. 506.

Quod ad animales vero functiones, praeter muliebria maiore nervorum apparatu instructa, in vniuersum feminis est systematis nervosi longe maior mobilitas:
et

et irritabilitas exquisitior; ad animi quoque commotiones facilior propensio.

§. 507.

Respectu denique naturalium functionum in eo sexu observatur minor cibi appetentia; incrementum vero corporis celerius, ac termini dentitionis, pubertatis, et adolescentis staturae praecociore.

§. 508.

Sed longe maxima et princeps sexuum differentia ipsas concernit genitales functiones, quibus viro secundandi, feminae vero concipiendi facultas competit; quarumque ulterior indago iam adhuc exponenda restat.
